

It. 14. 14. non sit ille me. major, & minimus esse non recuso. Sim pulvis, dummodo non videat dissimilis Altissimo. Oliva t. 2. Strom. §. facta est contentio.

Quanto excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent causas formidinis, & tremoris; ne de ipsis probitatis argumentis mens sibi bene confecta, & laudis avida, in superbia rapiatur excessus, & fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. S. Amb. ep. 87.

Superbia, natione caelestis, sublimes appetit mentes; & velut ad proprios ortus revolans, in gloriam, & puritatem, irrumpt hominum. Prima haec, & ultima, perniciis, ante omnia vitia superavit, post omnia superatur. Hildebertus Turon. ep. 31.

Non tam vitium rusticis; ut superbia potentes, inebriat. Alvarez Illustr. 50.

S. XXII. Superbia origo.

ET gloriabatur quasi potens. Judith. 1. 4. Nascitur è magnis honoribus superbia; ut teredo è ligno, è panno tineae. De Sedecia Ezech. 7. 10. stornis virga. Lyrans; scepro florere vitis est. Quid inde? germinavit superbia; regni flore superbiae fructum peperere. Quod sibi malum ut caveret Gedeon, sceptrum reculat. Judic. 8. 22. dominare nostri tu. v. 23. non dominabor vestri, simulque est in repudiando scepro; cautus, te- ste Abul. q. 20. ut non superbiat, principatum non accepit. & c. Velloso in Judith. 14. Par. 7.

Exaltatio, est inflatio, & arrogans, ac superba jactantia; non de Christi magisterio, qui humilitatem docet; se de Antichristi Spiritu nascitur. S. Cyprianus ep. 55.

Pulchritudo florum, & decor variis herborum, ipsumque omnino foenum, amido nostro inventur pretiosius. Cur ergo ex his in superbiam mentis erigeris; in quibus perfacile de te obtinet etiam herba victoriam. S. Chryl. ho. 23. c. 6. in Matth.

In caelo nata est superbia; sed velut immemor, qua inde via ceciderit; illuc ultra redire non novit. Hildebertus Turon. ep. 36.

Ipsa etiam fordes vestium, & cilicium, aliquando superbiae vermem mendacissimum generant, & nutriunt.

TITULUS XLII. SUPERFLUA.

ET dederit tibi panem ad vescendum. Gen. 28. 20. Petit, nec nimis parum, nec nimis multum; sed tantum panis, quantum fami sedanda fat esset; & tantum vestium, quod fat esset corpori tegendo. Paoletti D. 4. Pent.

Collige unguis ex eo, quantum sufficit. Ezech. 16. 16. In flumine pertransiunt pede. Pl. 65. 6. Hugo Card. hic: flumen vocatur deliciae, qua fluit; & deficiunt. Duo pedes necessitas, & voluptas. Dicit pedem in singulari; quia unum tantum pedem debent mergere in aquis huius fluminis; ut sumamus de rebus transieris tantum ad necessitatem, non ad voluptatem. Hoc flumen pertransiunt multi duobus pedibus; quia accipiunt bona transitoria ad necessitatem, & ad voluptatem.

Vidimus stellam ejus. Matth. 2. 2. Dicit potius, vidisse vos ejus solem, lunam, & stellas; quorum ille sit Dominus; nec unius tantum stellae dominum facite, quae ipsum illuminet. S. Chrysol. l. 156. verè, sicut dixit Apostolus, egenus factus est, cum esset dives. 2. Cor. 8. 9. cum esset in sua Deitate dives, nostra fit pauper in carne; & habere coepit stellam unam, totam qui fecit, habet, & continet, creaturam. q. d. qui in stabulo natus, in praesepio reclinatur; & ei una stella satis est, nec major ostentatio necessaria. Quale enim hoc esset, si pauper, cui pro lecto est praesepio, & pro domo natali stabulum, plures faces ad suum obsequium adhiberet. Did. Nyfl. Dom. Palm. §. 6.

De ut lapides etc. Matth. 4. 3. Non dixit, ut lapis hic, panis hat; sed lapides; volens Christum ad superflua instigare. Eminent enim unus panis sufficit; & propter hoc Christus non audit eum. Theophylactus hic.

Respondeat facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Immodicam vultus claritatem vult Mattheus indicare, cum illum ait solis instar resplendisse. Sed non videtur magna exaggeratio, quando Ilias Jo. 26. de beatis ait, eos fore septies splendidiore futurus. Quod sita est, cur Christus tantum sicut sol resplenduit? Ad mensuram conditionis suae extendit suam ostentationem; nec splendorem praetulit majorem; quam tunc res postulat. Erat eo tempore in carne passibili, & vita mortali; nec plus splendescere voluit, quam satis, in quo debebat, requirebat. Did. Nyfl. Dom. Palm. §. 6.

Sufficit, Marci 14. 41. Christus post aliquantulum quietem continuo intulit. Sufficientem verbum omne superfluum abrogat, & condemnat. Difficile semetipsum, propter inhaerentem passionem, homo cognoscet; nisi extra se discretum ha-

beat provisorum. Veruntamen longa experientia custodita, & dissoluta compassio ad animale corpus, insufficientia, & superfluo, discretum hominem fecit. Sim. Cass. lib. 13. cap. 8. hic.

Conversus piscium multitudinem copiosam. Luc. 5. 6. Rumpatur autem rete. Impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.

Quid faciam? quia non habeo, quò congregem fructus meos. Luc. 12. 17. Non gaudet, quòd domi omnia replentur; sed pungitur animo, ex affluxu divitiarum. S. Basilus apud Paoletti D. 4. Pent.

Dividebatur singulis, prout cuque opus erat. Act. 4. 35. Bombarda periclitatur, si instructor plus, quam opus sit, immittat pulveris: nam illam disrupit. Oliva t. 3. conc. 24.

Circumsulsi eum lux de caelo, & aperti sunt oculi nihil videbat. Act. 9. 3. 8. Non ille obscuritate tenebrarum, sed luminis nimietate, excoecatus est. Sanct. Chrysol. ho. 4. de S. Paulo.

Quasi magnus, pietas cum sufficientia. 1. Tim. 6. 6. Sufficiantiam quaerite; quod sufficit, quaerite: plus nolite. Coercera gravant, non sublevant; onerant, non honorant. S. August. l. 105. de temp. Quidquid superfluum honeste sustentationi, id totum, quod manet sicut. Ex. 16. 20. abibat in vermes mordentis conscientiae, & pacem turbant. Oliv. t. 3. conc. 24.

Tunc Petrus velut vincitum illum (Simonem Magum) de sublimi verè depositum, & quodam praecipio in laxa elidens ejus cura confregit. Et hoc in opprobrium facti illius: ut, qui paulò ante volare tentaverat; subito ambulare non posset; & qui pennas assumpserat; plantas amitteret: S. Maximus hom. 5. de SS. Petro, & Paulo. q. d. Simon ministrarius erat, dum non contentus velut homo per terram gradi; sed inflat avis in aere volare voluit: ideo justè, & alis, & pedibus, privatus est. Paoletti cit.

TITULUS XLIII. SUPERIORES.

S. I. Superiorum.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri.

Quid per Noè. Gen. 8. qui Arcam in undis rexit, nisi Praepositorum ordo, designatur? S. Gregor. mor. lib. 1. cap. 6.

Facies & saga. Ex. 26. 7. Legitur quòd saga ciliciana superposita fuerint tentorio precioso, ex quatuor coloribus pretiosis facta. Neque enim, ut honorarentur saga, aut propter valorem suum, ita elevatae sunt; sed ut protegerent tentorium; & sustinerent imbrem, & impetum ventorum. Sic Praelati non se reputant honoratos, quia in alto positi sunt; immò potius expositos ventis, & pluvii, & curis temporalium: ut aliis sit quies, & pax sub eis. Hugo Card. in Eccle. 10. ut in interiori tabernaculo byssus fulgeat, cocculus coruscet; & hyacinthus, & purpura; pulchritudinem coloribus replendeant; desuper pelles, & cilia, imbrem, ventos, & pulverem, portant. Qui igitur magnis virtutibus in S. Ecclesia proficiunt, Praepositorum suorum vitia despiciere non debent; cum vacare eos rebus exterioribus videtur: quia hoc, quod ipsi fecuri intima penetrant, ex illorum adjuvamento est; quia contra procellas hypofascali exterius laborant. S. Rupertus l. 4. cap. 11. in Ex.

Audite cali, quae loquor; audiat terra verba oris mei. Deut. 32. 1. Agellus hic: neque verè putandum est, illum cum caelo, ac terra, tamquam anima, sensusque, praeclis loqui; sed quia populi seniores, ac principes, convocant; illos figurate caelos appellat: terram contra plebem, ac reliquum vulgus.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans etc. Deut. 32. 11. Si aquila super pullos volitat, quomodo in humeris portat? O bonam regimini formam! principis non implet officium, si alia sublimior non volaret, & fortior non sustineret. Glossa: pullos ad volandum provocat, & alis lassos sustentat. Naxera in Jos. 4. §. 12.

Pater mihi currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Si Elias est currus Israel, qui aurge gaudet functione? Drogo Oit. de Sac. Pass. currus Israel, & auriga ejus: portas, & regis; sustinet, & gubernans. Castillo Illat. 75.

Facies mea intumuit à fetu. Job 16. 17. Facies S. Ecclesiae funthi, qui in locis regiminum positi apparent primi; ut ex eorum specie fit honor fidelis populi, etiam qui in corpore latet deforme. S. Gregor. mor. l. 13. 7.

Tria sunt, quae bene gradiantur etc. Prov. 30. 29. Princeps in Republica, Episcopus in dicecesi, Abbas in Monasterio. Patet familiaris in domo sitico, propter fortitudinem, & magnitudinem;

dinem; ut contraferas, haereticos, sceleratos rugiat. Sit galus per vigilantiam; ut omnes ad laborem exciet. Sit aries per mantulitudinem, gravitatem, & modestiam; qua subditis virtutis exemplo praet. Sit rex per sapientiam; qua justè, & sapienter, subditos regat. Cornelius hic.

Manum suam misit ad fortia etc. Prov. 31. 19. In hoc Ecclesiae sapientia manifestatur, quae tam bene cuncta disponit. Manum suam, id est, eos, qui fortiores sunt; & sapientiores, ad meliora negotia mittit; talesque Rectores, & Episcopos constituit. Digni verò sumam apprehendunt: quia illis minor negotia committit, qui imperfectiores sunt, minusque periti. S. Bruno de laudib. Eccl. t. 3. c. 5.

Oculi circumularum. Cant. 4. 1. Oculi sunt omnes illi, qui ad populum ducendum ordinati sunt. Quid enim inter membra nostra praestantius oculis? S. Gregor. Nyfl. hom. 7. in Cant. Oculi praeponit, id est, Ecclesiae sunt Praelati. S. Bonaventura. l. 1. Dom. 19. Pent.

Quasi aurora confurgens etc. Cant. 6. 9. Religio in Novitiis est quasi aurora confurgens; in provecioribus subditis, pulchra ut luna, quae à sole lumen recipit, & ipsi à superioribus dirigitur. In Praelatis verò electa ut Sol, qui praest diel, & subditos regit. In omnium verò collectione, servabilis ut castrorum acies ordinata etc. De Ponte hic Ezech. 46. §. 2.

Cherubim quatuor habebat vultus. Ezech. 1. 6. Erat Pastoris imago; qui quadruplicem praefert: bovis, ad dignitatis onera sustinenda; aequilae, ad negotia praevidentia, & sagaciter dispensanda; hominis, ut dulcedine, & benignitate, peccatores ad poenitentiam alliciat: faciem leonis, quoad castigationem errantium; ut luporum quousque, & haereticorum, rabiem refraxet. Bessius D. 2. Pañch.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

In circuitu, & in manu, plena sunt oculi. Apoc. 4. 8. In circuitu, & aliis bono exemplo lucent; sicut Pastores; & intus, quantum ad seipos. Sanct. Anselmus apud Sylveira hic.

Praelatus est sicut sol; quantum ad documenta veritatis: luna; quantum ad exempla virtutis. Vel sol sapientiae, luna scientiae. Vel sol, in quantum iudicat, luna, in quantum miseretur. S. Bonavent. l. 13. in hex.

Spiritualium domum aedificat, qui domus Dei curam habens, subditorum mentes, pro officio suo, doctrinae verbo informat. S. Rupertus l. 1. c. 16. in Deut.

S. II.

Superiores Deus honorat, tuetur famam.

Ex Veteri.

Terra autem erat inanis, & vacua. Gen. 1. 2. Certè adhuc caelum sine luce, sole, sideribus, caligabat; & cur non item dicitur, quòd caelum erat obscurum, & deforme? Caelum supra Mundi creaturas, sublime potentes adumbrat: ac horum defectus nemo audeat propalare. Vulgenter defectus humilium; & dicitur de terra, de vulgo, quòd sit inanis, & vacua; de caelo tamen, de dynastis, caelo caput tollentibus, quomodo omnes sciunt, taceant. Alvarez. Illustr. 215. Audite enim murmur vestrum. Ex. 16. 7. Nota: quam grave sit murmur populi contra Magistratus: est enim contra Deum, qui eos constituit. Hinc Deus alia peccata Hebraeorum in deserto ferè dissimulavit; murmur autem penè saepe illic punivit. Cornelius hic.

Educ eum, qui malidicis, extra castra; & lapidet eum populus universus, juxta sept. Levit. 24. 14. Sic respondit Deus, cum blasphemus ille in Deum, & maledicis in Moysem, apud hunc accusatus; & ille de ejus supplicio Deum consulere. Isidorus Clarius: Deus, cui sui curae sunt, magis voluit ulcisci injuriam Moysei, quam propriam contumeliam. Ideo dixit: educ maledicum, & non dixit, educ blasphemum, Apud Mendoza in 1. Reg. 3. Annot. 2.

Aaronem, contra Deum peccantem ad aquas contradictionis, paulò post egressum ex Aegypto, Num. 20. 10. serò divinitus compressit, nimirum quadraginta post annis, paulò antequam ingressum in terram promissionis. Num. 33. 38. Dathan verò, & Abiron, & reliquos, Praelatis suis detrahentes, subita puniit coercuit. Num. 16. 32. Cur in illum tadarè? in hos velox? quia ille in Deum; hi in suum Praelatum, rebelabant. Mendoza in 1. Reg. 3. 9. Annot. 1. Sect. 1.

Mortuusque est ibi Moyses-jubente Domino- & non cognovit hominem sepulchrum ejus. Deut. 34. 5. 6. Hac de causa mortis ejus, & sepulchri, nemo conficiat error: quatenus illam faciem, & consortio sermonis Domini rutilaverat, mortis moerore trespall nemo videt. S. August. l. 1. de mirab. Script. de Moyse.

Non te abjecerunt, sed me. 1. Reg. 8. 7. Dicit hic, quòd, qui Praelatum spernit, Deum spernit. Cornelius hic.

Juxta omnia opera sua, quae fecerunt à die-sicut dereliquerunt me; & servierunt diis alienis etc. ib. In injuria Deus Super-

riori illata sic iratus est; ut praeterita scelera reficere. Did. Nyfl. ser. 6. D. 5. Quadr. §. 6.

Extendit Oza manum ad arcam Dei. 2. Reg. 6. 6. Per Arcam Praelati intelliguntur; per Ozam subditi; per inclinationem Arcae casus intelliguntur Praelatorum; per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accusantes, vitam Doctorem: quia Domino percussit intereunt; sicut cum id facium detrahendo; & charitatis, ac reverentiae, ordine non servato. S. Bernardus t. 1. l. 20. Artic. 3.

Perussit quoque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uria David. 2. Reg. 12. 15. Davidis etiam infamiam, ex adulterio contractam, Deus abolendam curavit: nam filium ex adulterio natum diutius vivere non permisit, etiam ad multas ejus preces; ne diutius viveret adulterii memoria. Theodoretus q. 26. quomobrem infantem recens natum morti tradidit Deus? vivus erat futurus argumentum sceleris, & iniquitatis. Pii ergo regis, qui erat etiam Propheta; curam gerens Dominus, non finit cum vivere. Mendoza in 1. Reg. 6. 8. Annot. 20. sect. 2.

Ex Novo.

Qui seminat bonum semen, & filius hominis etc. Matth. 13. 37. Theophylactus hic: non est interpretatus, qui sint dormientes homines; sed illos praetermisit. Cur autem Dominus, qui coeteras parabolas partes sigillatim enucleavit, hoc unum praeteriit, quoniam illi agrorum custodes constituit dominum? Qui sunt agrorum custodes? August. Gregor. Beda ajunt esse Superiores, & Praelatos: illos sicut; ut monet nos, quòd cum in neglectus, & vitia, superiorum incidimus, ea silentio tegere debeamus. Did. Nyfl. in Phen. Graec. l. 7. c. 2.

Eae nubes lucida obstravit eos. Matth. 17. 5. Petrum, in monte Thabor sui non comitem; necientem, quid diceret. Velo pulchro casus, & ineptiae, Pontificis, à Deo occultantur. Fernandez in Gen. §. 13.

Eae Sathanas expavit nos, ut erideret, sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Luc. 22. 31. Cur Dominus, non per omnibus, sed specialiter pro Petro, suas preces applicare testatur? si inimicus contra omnes insurgere; cur per omnibus non oravit? Erat ille positus ut caput, & fundamentum; ut alios confirmaret, & instauraret, in fide; idèd Christus specialiter pro ipso orat: quia ex ejus constantia alii erant roborandi. Sylveira in Joan. 1. cap. 6.

Cum fecisset quasi flagellum. Joan. 2. 15. In his templi mercatoribus Sacerdotum crimina innuuntur; quae ut punit Dominus, non Discipulorum circumstantium utitur auxilio; sed ipse solus flagellum arripit, & delinquentes plectit. Eucherius l. 2. in lib. Reg. quia Rectores habent vitium suum; magna cautela subditorum est, non temerè judicium regentium. Neque enim frustra per semetipsum Dominus 25 numulariorum effudit: nimirum significans, quia per Magistrum quidem iudicatur vita plebium; sed per semetipsum facta examinat Magistrorum. Baezat. 2. l. 11. c. 7. §. 3.

Cum esset Pontifex anni illius. Joan. 11. 49. Superiores plurimum semper honorandi: eò quòd sint imagines Dei, licet fortè rudimanu pictae. Caiphan, licet iniquus, Deus dono Prophetiae honorare voluit. Dum videmus inaginem Christi, sufficit hoc, ut à nobis adoretur, licet imperitum haberet pictorem: non enim figuram spectamus; sed eum, quem refert, veneramus. Did. Nyfl. ser. 6. D. 5. Quadr. §. 6.

Dominus, qui tibi apparuit. Act. 9. 17. Cur non dicit Ananias: Dominus, quite obsecravit? Ocuementus: ut improperium declinaret. Destinavit Deus Paulum Ecclesiae Principem; ideo cum eo honorificè agi ordinat. Nam, quae defectus notabant, occultat: honorificum autem, & illustre, nempe Filii Dei è caelo descensum, in prima fronte ponit. Sylveira hic.

Angelo Ephesi Ecclesiae scribo. Apoc. 2. 1. Cur Episcopus Ephesus, & illi, Angeli vocantur? cum tamen ejus commendetur poenitentia, quae peccatum supponit? Licet haberent aliquos defectus; tamen Angeli vocantur: quia etiam Praesules mali honorandi. Sylveira hic.

S. III.

Superiores quoque à nobis honorandi.

Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli Sacerdotis. 1. Reg. 2. 11. Miram, Samuelem non reliquisse templum tot sacrilegiis pollutum: nec parentibus crispasse, ut se domum revocarent. Perfratim nobilis, cur? audit: puer autem etc. Deum solum attendebat; & ab initio ministerii sui, in Heli non senescentem, non iudicis dignitatem, non fervorum copiam; sed tantum respexit Sacerdotium. Et sane sapienter: nam si vel prohiberem in eo attendere, citò eum sprevieret; quem in filiis coercendis desiderat. Olival. 10. Strom. §. Puer autem erat minister.

Quas vaccae factas-jungit in plausuro. 1. Reg. 6. 7. Non erubescat subditus vili, & improbo, subdi Praelato. Arca testamen-



nenti, humeris imposita Sacerdotum, victorias mille parturiebat, mille miracula patrabat. Præcedebant populum Sacerdotes portantes arcam, cujus motum diligenter populus observabat: exclusit tandem Deus Sacerdotes, & elegit vaccas, quæ arcam portarent, & Israel saluum facerent. S. Chrysof. hom. 2. in ep. 2. Timoth. per vaccas in arca operatus est Deus; cum populum salvare vellet. Num Sacerdotis vita? num Sacerdotis virtus, tantum conferre potuisset? Ubi Dei sequeris nutum, & oraculum; nil cures de illius præstantia, qui præstat ducatum, fit pius, vel impius, fit sapiens, vel fatuus; fit homo, vel bos. Per bovem operabatur Deus salutem tuam: nec ullius hominis sapientia tibi conferret tantum, quantum bos, quantum fatuus. Baeca t. 2. l. 4. c. 3. §. 16.

Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem. Ec. 1. Reg. 24. 7. Moralibus nos instruit disciplinis, ne Præpositos nobis, eos maxime, qui sacris Ordinibus insigniti sunt, quamvis nos iuste persequentes, verbi austerioris esse fœdare & vel ultimæ superflue actionis eorum, quasi simbram, vituperando decerpere præsumamus. V. Beda. lib. 4. in Samuelem c. 3. Nolite annunciare in Geth, neque annunciatis in campis Asalonis; ne forte laudent filii Philistinorum. 2. Reg. 1. 20. Lamentatur David mortem Saulis; sed multo magis, mortem ipsam, annuntiat, queritur. Nolite annunciare. Ec. 1. inam principis, scrij, evulgari, doleo. Cecidit unctus Domini! ah nemo id reficit: montes ipsi cum ossibus pariter ignominiam obruant pincipum. Fernandus in Gen. 3. 13. S. Catharina Bononiensis, quoties murmurantem contra Superiores audivit contradixit: vix, inquit, nisi ah nemo id reficit: non reverenter, ac pie, sentit de suis Prælati non expectet à Deo ullam benedictionem. Bollandus 9. Martii.

§. IV.

Superiorum dignitas, grave onus.

Tolle Iosue, filium Naa; virum, in quo est spiritus. Num. 27. 18. Dixit Deus Moysi postulant à Domino populo Præfectum. Cur usus hoc verbo tolle? & non assume? quia vocabulo tollendi aliquem, significatur, eum ad necem deduci. Gen. 22. 2. tolle filium unigenitum. Tolle, tolle, emisse. eum. Joan. 19. 15. Sic Abulensis: tolle Iosue, significat enim quandam deductionem, non voluntariam. Scilicet ad necem. Escobar. 3. Coll. Chr. l. 9. Sect. 2. Obf. 1.

Tu es Duxus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. 18. Aedificii fundamenta totum molis pondus patiuntur. Naxera in Joh. 4. §. 12. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in calis semper vident faciem Patris mei, qui in calis est. Matth. 18. 10. Cur dixit Christus, quod custodes animarum Deum perpetuo sic ob oculos habeant, ut ab illius intuitu nunquam deflectant? Respondet S. Gregor. mor. l. 2. c. 14. si Conditoris aspectum exeuntes amitterent nec jacentes erigerent, nec ignorantibus vera nuntiare possent; fontemque lucis, quem ipsi perderent, cœcis nullatenus propinquarent. S. Angelus, ut unum hominem recte custodiat, tantis auxiliis eget; & necesse habet. Deum semper intentis oculis intueri; atque in illo, quidquid circa hominem, sibi creditum, agere debeat, videre? quomodo homo, tot subiectis erroribus, tot expostis dolis non timeat, ac tremat; qui cum imperio præfere debet non uni homini, ut Angelus; sed multis? Did. Nyss. Dom. 2. Pafch. §. 1. Hoc ipsum Recltoribus valde timendum est; quod Dei serventur examini: quia tantò subtiliores rationes vitæ, ac doctrinæ suæ parare debent; quanto sapientior est Iudex, quem sustinent. S. Gregor. in 1. Reg. c. 3.

Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo Pastoribus pastorale magisterium in magna temeritate suscipiunt; quoniam ars est artium regimen animarum. Sancti Gregor. lib. past. cura p. 1. cap. 1.

Vos Imperatores purpuram reverenter habete; quantum sit illud, quod creditum vobis est, agnoscite. Superina Dei solius sunt, inferna vobis cum Deo communia. Dii subditis vestris ellote: dicam enim aliquid audaciùs: sacris est præscriptum literis, & à nobis creditur: cor Regis in manu Domini esse. Prov. 21. 1.

Hic vestra sita sit potentia; non in auro, & exercitiis. S. Gregor. Naz. Orat. 2. de seipso. Haud quaquam idem existimabam; ac nunc quidem existimo: gregi; aut armento præfere, & hominum animas moderari. Idem orat. 21. in qua rationem dat sui fugæ. Hominiibus præfere, res est omnium maxime laboriosa: nam qui animalibus ratione expertibus imperant, ea omnibus in rebus reperiunt obedientia: ideoque ferè semper illis prosperè cecit imperium. Qui verò homines gubernant, & regunt; propter morum diversitatem, rationisque solertiam; provinciam difficilem experientur. S. Nilus lib. Ascet.

Rex est homo, regens suos: si bene rexerit, accipiet coronam vitæ. S. Bonaventura l. 3. ser. 3. Pafch.

§. V.

Superior fulgeat sanctitate, virtutibus &c.

Ex Veteri.

Faciamus hominem ad imaginem, &c. & præfere. Gen. 1. 26. q. d. facturi hominem præfessione aliarum creaturarum, prius ad imaginem, & similitudinem efformemus: ut, hac virtute & sanctitate præditus, facile possit omnibus animantibus imperare, & leges ferre, ac in officio continere. Pinnæ Ethol. 232.

Quid est, quod tenes in manu tua? Ec. 4. 2. 4. Si te Deus ad Prælatum vocat, per caudam accipe; finem considera. Finis officiorum, & dignitatum, est acta ratio, quam Prælati debet exigere de animabus sibi commissis. Stella in Luc. 12.

Eco constituti te Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. Vide, quo nomine vocetur ille, quem Deus præficit; non Imperator, non Dux, sed Deus: quia nihil humanum sapere debet, qui alius præfere. Pinnæ ib.

Curus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. S. Gregor. hom. 21. in Ezech. l. 2. Quid est, quod Elias, curus Israel, & auriga, dicitur? nisi quia auriga agitatur, curus portat. Relictis: curus Israel, & auriga ejus, est princeps, qui sustinet, quasi curus, onera Reip & populi; ac dirigit, ut auriga, jugales. Hinc princeps Hebr. dicitur nash, q. d. portitor, bajulus; qui populi onera levat. Moraliter significatur: quod, si te totum divino imperio subdidideris; facile à tuis subditis debita obsequia impetrabis. Curum appellat, simul & aurigam: Curum, qui regitur, & aurigam, qui regit. Ut offenderet eum optimi principis munia explevisse; quod non solum suos prudenter regeret, sed seipsum à Deo regi facile pateretur. Cornelius hic.

Gladius super brachium ejus. Zach. 13. 17. Super femur gladium gerunt, qui adversus propria vitia rationis aciem fringunt: super brachium verò, qui ad puniendâ aliorum peccata sunt promptiores. S. Nilus lib. Ascet.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Non potest civitas abscondi supra montem posita. Matth. 5. 14. Meritò comparatur Prælati civitatem in monte posita, Primò, quia est in omnium conspectu, deinde, quia instrui debet omnibus virtutibus. Stella de cont. &c. p. 1. c. 25.

Obscuratus est sol. Luc. 23. 45. Christo Domino adhuc vivente, sol obscuratus est: hora erat serè sexta. V. 44. terra autem mota est post Christi mortem, hora 9. jam exacta. Matth. 27. 51. Serò terra commoveatur ad necem Domini; cido solem tristi velo relictum video. Salmeron t. 10. tr. 47. nobiliora civitatis vim Divinitatis, ac ejus radios, fenerant: tenentur enim, qui præstant genere, præfere pietate. Vel Sardanapalus Ethnicus officio principis se obstruit videri, ut præferejunio, & cilio. Joan. 3. 6. S. Maximus hom. de Jona: necesse est enim; ut, qui poterant cunctis fierat, devotior fieret. Velloso in Judith. 3. Paran. 10.

Epistola vestra estis vos, scripta in cordibus nostris. 2. Cor. 3. 2. Cur eos vocat epistolam? Quia, sicut epistola ab aliquo scripta, si elegantiam, aut errores continet; auctori tribuuntur: sic si Corinthiis, quorum Præfati erat Paulus, quos verbo, & opere, regebat, in via virtutis proficiebant, ut ab illa aberrabant; Paulo hoc attribuebatur, veluti Authori epistolæ. Cassillo Illat. 76.

Non debet temere ducem se aliis divini luminis præfere is, qui non omni statu suo, & habitu, simillimus Deo evaserit, divinoque instinctu, ac judicio, declaratus sit Recltor atque moderato. Dion. Arcop. l. de Eccl. hier. c. 3. parte. 3.

Profus arbitror, præfidentibus aliis fore necessarium, se interdum ab exteriorum fragoribus, elongare, orationique devote inflare; quatenus liberi ipsi in se, liberè utilitatibus infervant proximorum; atque de limpidissimo, atque præclarissimo interioris hominis fonte saluberrimam divinarum eloquiorum, ad se confluentibus, aquam valeant propinare, rectè consequuntur, agendaque judicare prudenter. S. Laur. Just. l. de inflit. & regim. Prælat. c. 6.

Decet in præfatura constitutos, majorem quidem, quam alii, laborem suscipere; submissis verò, quam subditi, se gerere; ac pro servi imagine, exemplove, vitam suam alii exhibere: dum illos reputant, deponunt esse Dei, qui sicuti suæ commissi sunt. S. Gregor. Nyss. de seipso Christiiani.

Omnis Christi actio est Prælatorum; & licet sit instructio omnium Christiianorum; est tamen potissimum instructio Prælatorum. S. Thom. Aqu. in Cant. 2. Lect. 2.

§. VI.

§. VI.

Superior vincat suos sanctitate, virtute &c.

Crete videtur, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. 1. Reg. 10. 24. Eum, qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere; ut, inftar solis, ceteros, veluti stellarum igniculos, in suo fulgore obfcuraret. S. Chrysof. hom. 10. in ep. 1. Tim.

Caput in tribubus Israel factus es. 1. Reg. 15. 17. Sicut in corpore naturali caput, five facies, majorem ostendit naturalem decorem; diligentiùs etiam facies maculas terginus: ita caput in corpore myltico majorem ostendere debet decorem spiritualem; dicens illud Pf. 118. 133. non dominetur mei, quo aliis dominari deo, omni injustitia. Broymard Domini, & Superiores.

Ante eas vadit. Joan. 10. 4. Hæc boni pastoris egregia nota est, ante ovem, hoc est, omnibus virtute præcellere. Bar. radiust. 3. l. 2. c. 7.

Diligite me plus his? Joan. 21. 15. Quoniam erat à Christo super omnem Ecclesiam in capite constitutus, ubique tradidit claves; decebat eum alios diligeat præfere. Sim. Cass. l. 24. hic.

Habes pauca nomina in Sardinia. Apoc. 3. 4. S. Bernardinus: pauci proponuntur Episcopos; ut exemplo eorum bene viveret. Sic & Richardus à S. Vict. cum mortuus fuerit per peccatum, dicitur ei, quod habet aliquos in Ecclesia sua innocentes: eorum exemplo tu munda conscientiam tuam; nec patiaris te à subditis tuis Sanctitate vinci. Apud Sylveiram hic.

Tantum debet actionem populi actio transcendere Præfatis quantum distare solet à grege vitæ pastoris. S. Gregor. lib. past. cure p. 2. c. 1.

Qui gradu honoris excellit, merito virtutum æquè transcendere alios debet. Petrus Cell. l. de pan. c. 20.

Debet cunctos præcellere excellentia, virtute, & claritate morum; qui omnes excellit dignitate; & quantò eminentior dignitate, tantò debet esse sublimior virtute super homines; & quodammodo plus quam homo debet esse, qui præfere hominibus. S. Thom. Vill. Dom. 19. Pent.

§. VII.

Superior exemplo Boho præluceat.

Ut custodias &c. Jos. l. 7. Intelligit Legem generatim datam toti populo à Moysè in Sina; dicit tamen speciatim, quam præfere eisdem; ut sciat Josue legem communem sibi; præfere ut duci impossibiles; & commendatam à Deo; ut eam ipse primus fervet, ac deinde ab aliis servandam curet. Cornelius hic.

Igitur Josue de nocte consurgens movit castra. Jos. 3. 1. Mirificam illis verbis proponi nobis Josue vigilantiam, dubium non est; atque ostendit magis eum actus, quam imperiosa, sollicitudine populus in officio continuit: neque minus exemplum, quam iustitiam, Imperatore egisse. Surrexit ergo ipse diluculo; ut non solum feruam excusationem ignavie ullam faceret reliquam. Naxera hic §. 1.

Quod me facere videtis &c. Judic. 7. 17. Dicit Prælati subditos præfere exemplo, quæ magis docere, quam verbo. Ità fecit Christus Act. 1. 1. capite jesu facere, & docere. Cornelius hic.

Curus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Auriga est, qui ducit, & viam ostendit; curus verò, qui supra se pondera suscipit; illa faciens, quæ aliis præfere faciendâ. Dixit Prælati.

Eco deli eum Ducem, & Præceptorem, gentibus. If. 55. 4. Prius ducem futurum, ait, quia Dux præfere solet, & primus omnium hostium incursum excipere: deinde vocat Præceptorem. Idem in Circum. D. cont. 3.

Annulus in manu dextra mea. Jer. 22. 24. Prælati debet esse annulus, alios sigillando exemplo suo. Ugo Carens. hic.

Assumam te, Zorobabel, dicit Dominus; & ponam te quasi segillum; quia te elegi. Aggæ 2. 24.

Et transtulit ad illos pr. or. 1. Machab. 5. 43. Judas, videns suos timere transfatum fluminis, ob hostium copiam; prior ipse flumen transfatit: ut reliqui eum quasi ducem suum gerosè sequerentur. Quare hac audacia hostes percussit, in fugam egit, cecidit, contrivit. Cornelius hic.

Sequebatur eum multitudo magna. Joan. 6. 2. Christum præeuntem ad desertam, turbæ sequuntur imitricies: exemplum enim verbo est efficacius. Difficile imperium, pelagum trare; in deserto constituti, tolerare famem. Præcurat Præfati; facillia reddet omnia. Escobar t. 1. Mir. Chr. l. 8. Sect. 1. obf. 2.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. Tit. 2. 7. Qui te videt, legant in operibus tuis, velut in libro, quid agere debeant. S. Anselmus apud Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 2. Sect. 1. Obf. 4.

Neque dominantes in cleris, sed formæ salis regis ex animo. 1. Petri 5. 3.

In Dei timore, populum, quemadmodum vivere possit; &c.

tui mores instituant. Operibus exerce, quod subiectos doces, & prædicas. Actus tui in aliorum correptionem proficiunt, in adiutorium sibi vitæ tuæ imitationem assumant. Sicut te in cunctis operibus exhibe, ut scripturam conscriptionemque, in te habeat, quicumque aut negligit, aut non potest, lectio ne formari. S. Gregor. l. 1. ep. Agnellæ Episcopo.

Lux gregis flammam est pastoris: decet enim pastorem, decet Dominicum Sacerdotem, moribus, & vitæ, clarescere: quatenus in eo, tamquam in vitæ suæ speculo, plebs commissa, & eligere, quod sequatur; & videre possit, quod corrigat. S. Gregorius l. 7. ep. 32.

Vide Exempla.

§. VIII.

Superior amet suos, affimet, honorer.

Ex Veteri.

Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animalia. Gen. 2. 20. Primus homo, caput, & pater omnium; animalia divinitus ad se adducta, excipere manu, ut par est credere, blandè palpate, nominibus propriis vocare, non dedignatur. Eruntque fortasse hodie complures, qui servos suos ita fastidiant; ut eos rectis oculis aspiciere, aut etiam nomine compellare, indignum putent. Sed heus tu; si vel principis, aut rex, in Mundo sis; sane inferior. multo es Patre tuo Adam: nec te de limo terræ manus Domini efformarunt; nec te Mundi totius dominum constituit; nec in paradiso te collocavit. Deinde, servitui pecudes non sunt; alius nature, quam tu: homines sunt, atque apud Deum, ut bene advertit S. Chryf. hom. 35. ad pop. Antioch. omnium visibillum nihil par homini. At, inquit, princeps sum; ille servus: ego de regibus natus, ille de mancipiis. Vox ea quidem profana est, non Christiana. Fernandus hic.

Summeque duos lapides onyximinos, & sculpsit in eis nomina filiorum Israel. Ex. 28. 9. Summus Sacerdos, iustu Dei; nomina filiorum Israel insculpta gemmis gestabat: ut affimet subditos, tamquam lapides pretiosos. Oleaster hic: in lapidibus pretiosis adumbratum cernos; quam pretiosa debeant esse nomina ovium apud Antilitem. Nota etiam in his lapidibus sculpta fuisse non solum nomina filiorum Jacob ex uxoris dominabus genitorum; sed etiam eorum nomina, qui ex ancillis sunt geniti: quia Præfati nobiles, & ignobiles altimare debet. Cassillo Illat. 7.

Pastoribusque Aaron nomina super pedes suos. Ex. 28. 29. Bene, & suo in loco, oves erant, scilicet in amoris sinu, in Pastoris affectu; quod Arnoldus Carnot. monet. tr. de 7. Verò hoc enim intimatur; ut, qui sunt in Recltoratu, semper affici debeant pro his, qui ad eorum curam pertinent.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Epistola vestra vos estis, scripta in cordibus nostris. 2. Cor. 3. 2. In cordibus nostris: non quia Paulus plura habebat corda: nam licet unum cor dividit aliud pauperi, videretur habere; tamen omnibus tribuebat suum cor. Secundo dicit; eos in corde habere: ut declare; quati illos affimet, & amet. Cassillo Illat. 76.

Habentes singulis citharas. Apoc. 6. 8. Hi Seniores erant reges coronati, ut patet c. 4. v. 4. cur citharas? non lanceas, gladios; Gladius terribilis; cithara suavis animos allicit. Habeant reges potius citharas, quam gladios: ut suos magis devinciant amore; quam terrore compellant. Sylveira hic.

Pastores, & amatores, eidem literis Hebraicè scribuntur, ut testatur S. Hieron. ep. 125. ad Damasum: pastores enim dicuntur Roghin: amatores verò Reghin: quia totum pastoris munus, sicut & amatoris, est. Ideo S. Petro non prius potestas in oves, agnosque, committitur, quam ab eo charitas exigatur. Joan. 21. 15. ruit enim potestas, quam charitas non sustentat. Mendoza in 1. Reg. 3. 6.

Vera dominatio est ipsa; quæ amore imperat, non timore; quæ per affectum sibi, & corpora subdit, & corda; quæ amando non invitam, sed voluntariam, sibi instruit servitutem. S. Chrysof. hom. 6. de myst. canz Dom.

Ubi Deus Dominum mutavit in Patrem, voluit charitate magis, quam potestate, regnare; & amari magis, quam timeri. S. Chrysol. l. 7.

Quem misurus es Recltozem Gaoni Collegii, omnino nè is sit, qui timere, quam amari, malit; atque id agat; ut per severitatem, atque terrorem, socios sibi commissos, tamquam servos in potestate habeat. Illiusmodi enim acerbitas multis exitum, paucis aditum, & Societatem patefaceret. Sanè, ut mihi videtur, Societas Jesu, nihil aliud est, nisi societas amoris, atque concordiz; a qua profecto acerbitas, actimor servilis, longissime ab horret. S. Xaverius ep. 9. S. P. Ignatio.

Quidam Episcopus sumpsit sibi in muneris sui referam, five Symbolum, cor, in cuius medio ovicula dormiebat, cum hac epigraphe: cubiculum gregis. Doultreman l. 5. c. 2. sect. 2.

§. IX.



Superior aequaliter amet, curet, puniat.

Figura, & Symbola.

Dentes ejus lacte candidiores Gen. 49. 12. Jacob de Juda. Verba, ad quae profertenda dentibus opus, in principe lacti comparantur: quia lac, non ut reliqui liquores, rerum imagines referunt. Pinna Ethol. 88.

Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & Jessai, & Melchisua. 1. Reg. 14. 49. Melchisua, juxta S. Gregorium, idem, est, ac Rex meus. Rex meus dicitur Pralatus, non rex noster, illius, aut alterius: quia tam facile, & affabilem, se praeberet erga quemvis eorum, qui sibi parent; ut singulis dicere liceat, rex meus. Idem ib.

Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum (David) in medio fratrum ejus. 1. Reg. 16. 13. Quia, qui praest, medius debet esse; nec plus uni, quam alteri, adherere. Id. ibidem. S. Gregorius hic: in medio ungitur, ut se privato amore non diligat; sed ex omni, quod praeminet, lucra aliorum quaerat. Unde & Saul solus in extrema parte civitatis unctus fuisse perhibetur. 1. Reg. 9. 27. & cap. seq. v. 1.

Quid est enim, quod solus a solo ungitur? nisi; quia de culmine potestatis per amorem privatum debeat intusferre? In medio fratrum David ungitur; ut tantae unctiois fieri participes omnes possint; qui enim in medio ponitur, ab omni parte expeditur. Sylveira in Joan. 11. 13.

Indica mihi ubi patens in meridie. Cant. 1. 6. Cur justitia sol non expeditur a sponsa cubans in matutino, aut in occasu sed in meridie? Vidit sol, dum oritur, plena luce proxima orientalem plagam complectens; dum occasu vix se adhuc a tenebris expedit. Sic de occidente. Princeps, ut sol justitiae meridiana aequaliter cunctis subditis illuceat. Efcobar t. 5. Proph. Chr. l. 5. sect. 1. obf. 3.

Collum suum sicut monila. Cant. 1. 9. Sicut collum est flexibile, & facile ad superna erigitur, vel ad infima deprimitur; & nunc ad dexteram, nunc ad sinistram partem convertitur: quasi deferens oculos, & aures; ut cuncta videat, & audiat: qui Pralati sicuti debent, prout necessitas, & occasio, subditorum exigit; magnos, & parvos, intuentes, & audientes; eorum necessitatibus se aptantes; contra superbiae exigentes, humilibus vero se demittentes &c. De Ponte hic in Cant. l. 3. Exh. 27.

Alind cecidit secus viam &c. Luc. 8. 5. Coelestis agricola in terram, in viam, in terram spinosam; & in terram bonam; beneficiorum grana misit; bonos, & malos, donis affecit. Efcobar t. 6. Parab. Chr. l. 8. sect. 1. Obf. 3.

Vidit Abraham a longe & Lazarum in sinu ejus. Luc. 16. 22. Omnes justi dicuntur humbere in sinu Abraham: quia unus quae cordi vicinus; ac alter. Pinna Ethol. 88.

In medio septem candlelaborum. Apoc. 1. 13. Rectores in Collegio, Patres in familia, se exhibent omnibus indifferentes, & aequos; ad arcendam invidiam, & promerendam charitatem; & concordiam. Cornelius hic. Christus D. cernitur in medio candlelaborum aureorum, hoc est in medio Ecclesiarum: ut offendet, & interprete S. Thoma, se omnibus esse communem; ad nemine recedere longius, ad neminem accedere proprius; sed omnibus aequaliter adesse, & professe &c. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 7. sect. 1.

Testimonia.

Ex Novo.

Assumpsit duodecim Discipulos suos. Matth. 20. 17. Omnes advocantur Apostoli: nec Judas excluditur, quando Dominus se Ducem, ac Praesulem ostendit: quia princeps debet indifferenter erga omnem subditos benignitatem exhibere. Efcobar t. 5. Proph. Chr. l. 5. sect. 1. obf. 3.

Stetit in medio. Joan. 20. 19. Qui est in medio, aequaliter ab extremis distat: quia divinus Magister docuit, regem suo regno, Pralatum monasterio, ac Patrem domui suae, pacem non posse dare, nisi sit in medio constitutus; ne sit personarum acceptor. Sic libra justa; non in aliam partem magis propendat, vel amore, vel odio. Diez D. in Alb.

S. X.

Superior sit clemens, condescendat &c.

EX cunctis animantibus universa carnis bina induces in arcam. Gen. 6. 19. Noe vivens inter animantia solatio sit ad patientiam probis cum improbis degenibus; praesertim Pralatis, qui sub eodem tecto, intra eandem arcam familiae religiose versantur cum subditis; in quibus adhuc sylveicit animalis homo, qui non sapit, quae Dei sunt. Fernandez hic sect. 3.

Quomodo portaverunt vos super alas aquilarum. Ex. 19. 4. Erudit Pralatos; ut non in unguibus, inflat aliarum avium, subditos, sed super alas, ut aquila regia, portent. Castillo Il. l. t. 75.

Ab humero, & sursum eminebat. 1. Reg. 9. 2. Per humerum intelligitur patientia; per sursum intelligitur charitas: quae omni virtute excellentior est. In his duobus debet Pralatus super alios praeminere; scilicet in patientia, & charitate; ut bona sua aliis libenter communit. Hugo Card. hic.

Et stabat super duodecim boves. 3. Reg. 7. 25. Boves in templo pelvim sustinentes, significant eos, qui subeunt onus ejusmodi, nihil respicere, aut adversari, debere; sed & onera, & fordes inferiorum perferre; quod sine periculo fieri possit. S. Nilus lib. Alect.

Patrem, curus Israel, & amica ejus. 4. Reg. 2. 12. Abul. q. 19. Curus Israel vocatur, quia ad currum pertinet, sustentare. Sic enim Elias sustentavit Israel; & supportando defectus eorum, & providendo eis in necessitatibus.

Isti sunt duo filii olei. Zach. 4. 14. Scilicet vel Zorobabel, & filius Josedeck, Jesus, ut sentit Lyranus; five potius Renoch, & Elias, ut docet Hieron. Nam Pralati ex oleo, hoc est, ex misericordia, ut nati esse debent. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8. Addunt aliqui, splendoris; id est, splendidi. Filii olei, id est, uncti oleo, sunt Jesus filius Josedeck, qui unctus erat Pontifex; & Zorobabel, qui princeps populi. Chaldaus vertit: isti sunt duo filii principum. Cornelius hic.

Angeli autem Domini descendebat. Joan. 5. 4. Descendebat: quia, ut curentur, & adjuventur. inferiores; necesse est, ut superiores se inclinent, & condescendant. Sylveira hic.

Exempla, & Testimonia.

Ex Veteri.

Venite descendamus, & confundamus tibi linguam eorum Gen. 11. 7. Ecce divina discepto ad impediendum; ne tantum procedat, quantum fuerat ante provilum. Providentia noscitur esse descensio; ne mala incepta progrediantur in amplius: misericordiae descensio ista praenoscitur, ne malum initiatum ultra procedat: ne Judoex aliquem inveniat, in quem puniendo deserviat. Sim. Caff. lib. 4. c. 9. Ad liberandum a malo subiectos, oportet omnino descendere in aliquo culmine constitutos, exemplo Conditoris; qui omnes vult liberare, quos condidit. Id. ib.

Descendit, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum. Ex. 3. 8. Humili dignatione descendat, in aliqua celsitudine constitutus, ad eos; qui a diabolo, & tenebroso Aegyptiorum populo, affliguntur, ad eripiendum eos de manibus eorum. Id. ibidem.

Josue sicut vestimenta sua, & pronus cecidit in terram, coram Ara Domini usque ad vespem. Jos. 7. 6. Vel semel victos paucos milites luget, qui tot hostium triumphis clarus. Quid interest, desiderentur triginta: tot iam hostium copis casis? In suorum ærumnis nimis Imperator purpuratus fulgere, quam nudus: aliquid de populi detrahebat fortuna. Josue non timoris signa protulit, sed doloris; scidit velles; nam integra manere nequibat Ducis gloria, quando integra non manebat populi laetitia. Naxera hic §. 19.

Verrit David desperabat, se posse evadere a facie Saul. 1. Reg. 23. 26. Non desperabat pro sua persona; sed quia timebat de morte suorum virorum. Lyranus. Similiter solves illud. 1. Reg. 27. 1. Aliquando incidam una die in manus Saul. Sicut enim non minus suorum vitam, quam propria, curabat; ita non minus suorum morte, quam sua propria triflabatur. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8.

Ex Novo.

Vos estis sal terrae. Matth. 5. 13. Ut sal munus suum obeat; necesse, ut non maneat integer in sua magnitudine; sed necesse est, ut conteratur, & liqueat; ac in carne imbutur; ita ut ait Paulus; omnibus omnia factus sum. 1. Cor. 9. 22. Pralatus, ut suum officium impleat, non debet esse totus integer in sua auctoritate, & magnitudine; sed liqueat, condescendat subditis; in eorum animis infinetur; & imbutur. Sylveira hic q. 5.

Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. 18. Petra infensibilis, & doloris expert est; five prematur alio lapide, ferreo, vel igne; patienter sustinet. Inauguratur hic Petrus in Christo Caput Ecclesiae: inde ei intimatur; induere debere naturam infensibilis petrae; ut eximia patientia lusteret multas contrarietates a subditis, adversariis, & æmulis. Sylveira Addit in Matth. 16.

Patientiam habet in me. Matth. 18. 26. Cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessibus, delicta cogitemus: considerata quippe fragilitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatum injuriam tolerat, qui pie meminit, quid fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. S. Greg. mor. l. 5. c. 30. Apud Efcobar t. 6. Parab. Chr. l. 2. sect. 1. obf. 5.

Descendens cum illis. Luc. 6. 17. Doctus Dominus suos discipulos, cum ipsis ascendit in montem, & cum eis sedet. Matth.

Matth. 5. 1. Hic autem, ut erudiat turbas, descendens stetit in loco caespitri. Cur hoc? S. Bonaventura: perfectus discipulis fecerat sermonem in montis cacumine: istis vero, tanquam imperfectis, descendens, sermonem fecit in descensu montis. Dominus ascendit ad montem; ad turbas vero descendit, & eas excipit in loco caespitri. Optimus princeps; qui sibi reservat alperas; suis plana, & facilia. Sylveira hic quæst. 4.

Quomodo constituit Dominus super familiam suam. Luc. 12. 42. Non super familiam Episcopi super nepotes consanguineos. Familia Christi sunt pauperes, pupilli, infirmi, &c. super hos constituitur Pralatus. Stella hic.

Videns civitatem, fleuit super eam. Luc. 19. 38. 41. Christus D. sepe Jerusalem est ingressus, nunquam tamen super eam fleuit; nisi dum cum pompa, & palmis, exceptus, & Rex salutaris est: ut doceat; & Regibus, & Pralatis, subditorum necessitates deplorandas; & dieb. conc. 1. Dom. 9. Pent.

Confirma fratres tuos. Luc. 22. 32. Exurge, & bibe de fonte misericordiae; & aliquando convorsus confirma fratres tuos; & in eadem mensura, quo propinatum est tibi, ut resurgat, & in eadem mensura, qui ceciderit, adjiciat, ut refurgat. Arnoldus Carnot. tr. de Verb. Chr.

Perrexit Jesus in montem Oliveti. Joan. 8. 1. Coelestis hominum Princeps apte in vertice Oliveti frequenter commoratur: agnatum enim egregio principi, miseris subvenire. Sidon. Apoll. l. 6. epist. 12. ego illum praecipue puto suo vivere bono, qui vivit alieno: quique calamitibus subditorum, indigentiae miseratus, facit in terris opera coelorum. Efcobar. 2. Peric. Chr. l. 4. sect. 1. Obf. 1.

Jesus inclinat se deorsum. Joan. 8. 6. Inclinet se Sacerdos condescendendo infirmitatibus laporum, sicut, & Christus inclinat se digito scribitur in terra. Petrus Cell. de panib. c. 20.

Lacrymatus est Jesus. Joan. 11. Disce a Christo Domino teneant misericordiam in aliorum miseris; ut eas sentias paterno affectu efficaci, quasi tuos forent. Hac dos primaria Praesidis: suos reputare dolores suorum subditorum: seant illis lacrymantibus, sicut Christus; ut vidit eam plantarem, lacrymatus est. Oliva t. 3. conc. 19.

Consolamur pro vestra consolatione. 2. Cor. 6. 1. Pralatis, ac Patribus familiis, nihil magis curae debet esse, quam subditorum consolatio. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8.

Timothee dilecto filio, gratia, misericordia, & pax. 1. Tim. 1. 2. Theophylactus: nulquam alibi in epistolularum primordiis misericordiam est comprecatus, nisi in hoc loco: ut ostendat: qui alios instruit, clementiores ut sint oportere. Ruperus: quia Timotheus, ut ferret, ferventior erat zeli; insignie autem Pralatorum est misericordia. Apud Fernandez in Gen. 2. 23.

Posuit dexteram suam super me. Apoc. 1. 17. Lyranus: quia sicut subditus debet Pralatum revereri, sic versa vice Pralatus debet subditum solari. Viso angelo, Christi personam gerente, cecidit Joannes ad pedes ejus; sed mox imponit ei dexteram cum solatio: noli timere. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Studeamus cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere qui hyemales noctes, imbribus, gelisque, constructi, ducunt saepe pervigiles; ne vel una ovis, & non forte utilis, pereat. S. Greg. l. 2. ep. 33.

Si praecceptores hujus saeculi non respuunt molestias infantium animarum; neque recusant cum pueris conversari, propter metcedem, quam ab hominibus expectant: quanto magis oportet perfectos propter Dominum tolerare imbecilles. S. Ephren. paren. 16.

Medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit, & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. S. Chrysol. l. 50.

Quos amamus, in ipsis profecto requiescimus. A quibus autem amatur, ipsis nos in nobis requiem paramus. S. Bernardus ep. 90.

Wide plura Lit. C. Correctio lenis.

S. XI.

Superior praest, ut proficiat; sit liberalis &c.

Num. I.

Symbola.

Luminaria majus, ut praesentis diei, & luminaria minus, ut praesentis noctis. Gen. 1. 16. Princeps non solum sibi, sed etiam interiore lucem habet. Castillo Illat. 11. Sicut sol in medio planetarum, ut proficiat, & illuminet non ut praesent: sic si Receptor se possideret, noli exaltari, sed esto in illis quasi unus ex illis. Eccl. 32. 1. Cor in medio corporis, ut vitam membris omnibus infundat. Broymard superioribus honores fugiendi.

Posuit velamen super faciem suam. Ex. 34. 33. Cur Moyses lo-

cuturus ad populum faciem radiantem tegit? quia, cum esset princeps populi, de decori sibi vertendum putavit, lumine illo frui, quo subditi carebant. Castillo Illat. 11.

Nunquid possum deservere pinguedinem meam? Judic. 9. 9. Quod oliva, ficus, & vitis, uno ore respondent; non convenire sibi, ut defecant pinguedinem, & vinum suum, ut in reges promoveantur; significat quod personae privatae sibi, suaeque perfectioni, & commodis vacare possint: at publica, quae aliis praesunt, ita publicis curis, & rebus, distineantur; ut sibi, suisque, vix vacare liceat. Rursum, reges, & principes, debere omnem suam pinguedinem, dulcedinem, & laetitiam transfundere in subditos; & se quasi depauperare, ut eos ditent; si verè reges boni esse volunt. Cornelius hic. Reges, si bene regunt, non debent intendere suis, sed aliorum utilitatibus. Velloso in Judith. 2. Paren. 9.

Quasi stella matutina in medio nebulae; & quasi luna plena in diebus suis luceat, & quasi sol resurgens. Eccl. 50. 6. Innocentius III. l. 2. de Assumpt. Luna luere in nocte, aurora diluculo, Sol in die. Merito Antistes his comparatur. Sol luere die & nocte defertur: luna è contra Praesul omni tempore fuis luceat doctrina, & exemplo; nunquam eos defert. Sit sol ardens charitate erga suos; sit aurora, seu stella matutina; radiis suae doctrinae cunctos ad Christum ducat, ut stella magos. Sit etiam ut luna plena; quae nocte, quando cuncta dispant, ac te deferrunt, te comitatur, & illuminat. Sylveira in Apoc. 3. q. 3.

Vos estis lux mundi. Matth. 5. 14. Qualis haec lux? an ex oleo? vel cera? non quia talis lux ad sui fulgorem consumit oleum, aut ceram. Lux autem Evangelica, sine alicujus dispendio, ad sui splendorem neminem minuit. Sicut solis lux, quae se omnibus communicat. Sylveira in Apoc. 3. q. 3.

Num. II.

Testimonia, & Exempla.

Ex Veteri.

Tulit unam de castis ejus. Gen. 2. 21. Potuisset Deus formarem mulierem, quin homo illius formationi collam ministraret; cur ergo ad eam aedificandam tulit collam de viro? quia vir futurus erat mulieris caput, rectorque; mulier autem, ut obediret. Ut ergo Deus ostenderet, Praesulem, & Principem, subditorum saluti, etiam proprio dispendio, debere consulere, ex viri colla mulierem aedificavit. Castillo Illat. 103. Formavit Dominus Deus hominem de limbo terra. Gen. 2. 7. Tulit unam de castis ejus &c. Cur diversa conditorum materia? Eva in Adae formata est; Adamus in totius creaturae principem: ideo ab ipsa origine dignitatis leges edicebat; & subditorum commodis vivere docebat. S. Ambros. l. 3. offic. c. 3. confidera, o homo, unde nomen sumperis: ab humo utique, quae nil cuiquam eripit, sed omnia largitur, & diversos in annum omnium animalium fructus ministrat. Naxera in Jos. l. 5. 44.

Videntes filii Dei &c. Gen. 6. 2. Possunt filii Dei accipi filii potentum, uti vertunt Symmachus, Chaldaeus, & Paganus fratris hominum plebei. Cum enim Deus, teste Damasceno, providendo, & providentia, sit dictus; hinc Rectores, & Potentes, quorum est aliis providere, vocantur dii. Cornelius hic.

Putabam, nos ligare manipulos. Gen. 37. 7. Vidi quasi solum &c. ib. v. 9. Joseph suae magnae dignitatis indicium praevideit. Sed quid planetis cum manipulis? Princeps, si fulgeat ut sol, ut suos illuminet; etiam providus sit, ut sui non fameant sed pane, & alimento abundent. Sylveira in Act. 4. 4.

Vidit Pharaon somnium. Gen. 41. 1. quod designabat futuram sterilitatem, & abundantiam. Cur somniat de bono communit? quod de die egit, somniavit de nocte. Oleaster: reges debent sic publicis rebus invigilare, ut ex curis multis, quas in die habent, nocte somnient, quae curanda sunt in Republica. Non enim solent homines somnare, nisi quae animo saepius revolvunt. Unde signum evidens est, Pharaonem frequentissimè de providendis necessitatibus suorum cogitasse in vigilia, quod de eis nocte somniavit. Sylveira in Matth. 8. 24. qu. 9.

Obedi vici Domini Dei mei; & feci omnia, sicut praecipisti mihi. Deut. 26. 14. dixit Moyses ætate confectus ad Dominum. At videamus, qualem pro tam fideli obsequio remunerationem poscat? Respice de Sanctuario tuo, & de excelso caelorum habitaculo; & benedic populo tuo Israel, & terra, quam dedisti tuis. Iste bona fecit, Deique sui praeccepta implevit; & tamen praemium bonorum suorum operum, non tam sibi, quam populo suo à Domino postulat. Did. Nyss. Dom. 2. Pasch. §. 4.

Diligenter agnosce ventrem pecoris tui &c. Prov. 27. 23. Pro, tuoque grege considerat, Sept. vertunt: & applicabis cor, tuum armentis tuis. Aquila, & Theodotion, pone cor tuum in armentis; & quasi tota cordis tui intentio finem armentis. Per cor accipe mentem, & voluntatem: mentem, ut intentè consideres,



res, quid gregibus utile, & proficuum sit: voluntatem, ut illud eis singulari amore, & cura procuret. Cornelius hic.

Ex Novo.

Es ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade. Mat. 8. 9. Diversa mandata eandem nata sunt servulorum obedientiam: ille indicat, & illi proferat. Quae hujus obedientiam tam prompta causa? Non ob stipendia, &c. sed quia bonus Centurio subditorum commodis invigilabat. Naxera in Jof. 22. §. 4.

Supra familiam suam ut det illis. Luc. 12. 42. Ecce quosvis Superior constituitur: non ut accipiat ab illis; sed ut det illis. Cajetanus hic.

Ex Patribus, & aliis.

Non vixit, nisi nobis, & pro nobis. S. Bernardus in obitu S. Humberti.

Ita praesit, ut provideat, ut constilas, ut procuret, ut servet. Praesit, ut prois, ut fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Ad quid? des illis escam in tempore, hoc est, ut dispenses, non imperes. Sanct. Bernardus l. 3. de confid. ad Eugenium.

Non debet praesere, qui non potest prodesse. Guarricus in dieb. Rogat.

Num. III.

Exemplum Christi Domini.

Exuentez eum clamorem cocineam. Mat. 27. 28. Christo crucifigendo auferuntur coetera regalia ornamenta; corona spinæ manet: ut rex nunquam ponat curas (quarum Symbolum corona spinæ) circa subditos. Sylveira in Mat. 8. 24.

Tu es Rex Judaeorum? at ille respondens ait illi: tu dicis. Marci 15. 2. Satiato populo Christus sprevit diadema. Joan. 6. 15. non apud Pilatum sui Sanguinis, & vitæ propriae, dispendio salutis hominum consulabat. Castillo Illar. 103.

Ecce Agnus. Joan. 1. 29. Cur Christus D. vocatur a Joanne Agnus, cum ab If. 40. 11. vocetur Pastor? &c. quia cum sit bonus Pastor, est verus ductor; princeps; & idem Agnus: nam ut Pastor regit, ac pacis oves; ut verus Agnus Paschalis eos carne sua nutrit; & proprio sanguine ab omni peccato liberat. Sylveira hic. q. 4.

Oves vocem ejus audiunt. Joan. 10. 3. Quae tantæ promptitudinis causa? quia bonus Pastor. Luc. 15.

Oves certam vocem Pastoris audire contendunt; quia sollicitum ejus de se curam clarè agnoscunt. Vide Tertull. l. de poenit. c. 8. Naxera in Jof. 22. §. 4.

Num. IV.

Superior procuret suis bona corporalia, & spiritalia.

Cur praecipit vobis Deus, ut non comedatis de omni ligno paradisi? Gen. 3. 1. His verbis subdole serpens virus instillat, & ab amore Dei parentes avellere intendit, & odia feminat. Hoc ut faciat, Deum nimis severum seriam corporis alimoniam, aut parcè praebeat. Pinna Ethol. 123.

Falsa est Judaei Sanctificatio ejus. Qui convertit petram in flagnum aquarum. Pl. 123. 2. 8.

Quaerit lanam, & limum. Prov. 31. 13. S. Ambros. hic: lanam, & limum matronam hanc sanctus sermo describit. Quaerit modò à nobis? quid sit lana? quid sit limum? lanam, carnale quid puto; limum spirituale: nam interiora vestimenta sunt lana, exteriora lana. Sic Superior in subditis spiritualia curet, & temporalia non negligat. Pinna citatus.

Da partem septem, nec non octo. Ecclesiast. 11. 2. S. Gr. mor. l. 35. c. 7. arch. aperte dicitur: sic dispensa temporalia; ut appetere non obliviscaris aeterna. Hinc est, quod quindenis gradibus templum ascenditur, Ezech. 40. 26. 37. ut ex ipsa ejus ascensione dicitur, quatenus per 7. & 8. temporalis dispenfetur actio & provide mensura aeterna requiratur. q. d. per septenarium intellige temporalia; per octonarium spiritualia; & coelestia: nam Christi refectio octavo die facta est. Ergo, qui praes, da septem; nec non & octo. Idem ib.

§. XII.

Superior non quaerit se: suorum commodum suo praeferat.

Ex Veteri.

Rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam. Ex. 18. 17. Vatablus: ut auferat à me dumtaxat mortem istam. Orat Moysen, ut ab ipso mortem, non à subditis, depellat. O hominem throno indignum! qui subditorum

clade propria nilitur procurare salutem; quando propria morte debuisse subditorum pellere cladem. O quam aliter egit David! 2. Reg. 24. 17. ego sum, qui peccavi, &c. O quam pauci Davidem imitantur! quam Pharaonem plures sequuntur! De alienis incommodis suam multi procedunt felicitatem: & aliquorum praefectura est populorum lenia. De his Ezech. 34. 2. va Pastores Israel, qui pascebant oves vestras. Naxera in Jof. 19. §. 29.

Vade, descende; peccavit populus, quem eduxisti de terra Aegypti. Exod. 32. 7. Mox addit v. 10. dimitte me, ut irascatur super me contra eos, & deleam eos; faciamque te in gentem magnam, q. d. non mihi precibus tuis constringas manus. Sine verò, ut sceleratos pro ineritis mactem: quibus sublatis, non ideo absque hominibus eris, quos ducere possis: ego enim tibi, & plures, & meliores submittam, quibus imperes. Audiebat hæc Sanctus Princeps; & nihilo secius orabat ad Dominum suum. Cur Dominus hac ratione illum à precando, & obtinendo, revocare voluit; quod copiosioris principatus spem fecit, inquit, faciam te in gentem magnam? Oleaster: Ducem suum summè tentare voluit ut experiretur; an pro privato bono sineet commune perire? Did. Nyff. 2. Pasch. §. 4.

Aur dimitte ejus hanc vexam; & aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Ex. 32. 31. 32. q. d. nulli privato commodo studeo: subditorum commodum mea causa est. Si delentur subditi, me necessitas est vitali codice deleri: pereuntibus enim commodis subditorum, mea quoque comoda perierunt. Efcobar t. 1. Mir. Chr. l. 16. sect. 1.

Cumque complecter forte dividere terram, &c. Jof. 19. 49. Quare Josue, cum aliis terram dispartiret, sibi non tribuit aliquam portionem; sed urbem accipit à populo? Imitatus est in eo modestiam Domini: disparte enim ait, à me. Mat. 11. Extremam itaque expertus est inopia; ita ut ne domum quidem haberet: Filius, inquit, hominis non habet, sibi caput velare. Mat. 8. 20. Cum autem ejusdem nominis Josue typus esset ipsius, partem sibi non impertivit; sed eam, quæ ablata est, accepit: docens eos, qui in aliquo Magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed utilitati subditorum inservire debere. B. Theodoros in Deuter. q. 17. c. 16.

Posuerunt me custodem in vineis; & vineam meam non custodivi. Cant. 1. 5. Exponitur hoc in bono, in persona boni Praelati: qui non quaerit; quæ sua sunt; neque quod sibi utile; sed quod multis. Hugo Card. hic.

Ex Novo.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Mat. 6. 22. S. Gregor. Naz. ait: Praelatos esse oculos, quibus corpus politicum regitur. Sed cur oculi conferuntur? S. Basilus in hexam. quia oculi, cum coetera videant, se non vident. Sic Praelati suæ memoriam quidem habeant; subditorum curam magnam. Did. Nyff. D. 4. Quadr. §. 4.

Mittens duos de discipulis suis. Mat. 11. 2. Missus in carcerem, non de suo periculo sollicitus erat; sed de aliorum salute cogitabat, id est discipulorum suorum. S. Chryl. apud Did. Nyff. D. 2. Adv. §. 4.

Et rogaverunt illum pro ea. Luc. 4. 38. Expectavit Petrus, quousque Dominus praedicationem abolveret, coeteroque omnes, qui tunc ad eum confugerant, curasse. Et tunc demum, cum intrasset, pro ipsa jacente rogavit. Si enim ab ipsis statim iniitiis, aliorum comoda suis ut postpomeret, institutus erat. S. Chryl. hom. 28. in Mat. 11.

Nonne Joannis, diligis me plus his? dicit ei; paucè agnos meos. Joan. 21. 15. Quid est aliud, si diligis me, paucè agnos meos; quam si diceretur: si me diligis, non te pacere cogita, sed oves meas: sicut meae pacae, non sicut tuas: gloriam meam in eis quaere, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua. S. August. tr. 123. hic. Tertio dictum pacae; nec mulge, seu tonde, vel femel additum est. S. Bernardus; de verb. Petri: ecce nos reliquimus omnia.

Tremefactus prociat Paulo, & Sila, ad pedes. Act. 16. 29. Quarit S. Chryl. hom. 8. in cap. 4. Ephes. quid moverit custodem caeteris, ut se tam subito ad pedes Pauli, & Silae, dejecerit, & Dei servos illos arbitratu fuerit? & respondet: vidit, quod non solum effugerant, sed & prohibebant eum, ne seipsum occideret: nam si hoc proprii commodi gratia fecissent, intus certe non mansissent; sed primum seipsum exemissent.

Ex Patribus, & aliis.

Hic spiritualis omnis praefectura finis est, nimirum, privata utilitate neglecta, commodis aliorum inservire. S. Greg. Naz. Orat. 21.

Praes, & singulariter, ad quid? nunquid ut de subditis crescas? nequaquam; sed ut ipsi de te. Principem te constituerunt; sed sibi. S. Bernardus l. 4. de confid. ad Eugen.

Hi solum debent in Ecclesia tenere principatum, qui renunt habere primatum: & hi sunt ab ejus regimine repellendi.

ai, potius verò non assumendi; qui propria emolumenta requirunt. Sim. Cast. l. 10. c. 4.

Nec enim, tanquam ad nundinas, & lucellas eundem est is, qui sibi gubernacula committi volunt. Plutarchus in Politicis.

§. XIII.

Superior non velit sibi bene, dum suis, malè.

Posuit velamen super faciem suam. Ex. 34. 33. Cur Moyses, locutus ad populum, faciem radiantem tegit? Quia cum esset princeps populo, dedecori sibi vendendum putavit, lumine illo frui, quo subditarebant. Castillo Illar. 11.

Melius mihi est, ut incidam in manus Domini. Ec. 1. Paral. 22. 13. Ex tribus propositis penis pestem elegit David. Commune sibi cum populo voluit esse periculum: quia, si populus fame premeretur, regi non deest, alimonia: in bello facilis foret fuga. Sed à peste, nec purpura, nec diadema, defendit. Elegit ergo pestem; ne in tali periculo populum derelinqueret videtur: imò pro ipso vitam obtulit. Ib. v. 17. ego peccavi. Ec. Castillo Illar. 11.

Accipe peruram, & Matrem ejus, & fuge in Aegyptum. Mat. 23. 13. Cur non potius in Persidem, ubi sunt Magi, qui cum reverenter adorabunt, & suscipient? Relinquebat Dominus pueros suos in Berthelem à nefario regum truncandis. Alienum ergo ab illo erat inter regales delicias vivere, dum sui in ultimo discrimine erant. Sylveira in Luc. 2. q. 16.

§. XIV.

Superior sit sui pater, & mater.

Ex Veteri, & Novo.

Filius Hemor, &c. Gen. 33. 19. Hemor erat Princeps Sichimorum: unde Sichimitæ vocantur ejus filii, id est, subditi: veri enim principes, suorum sunt patres. Sic servi Naaman, Dominum suum vocant Patrem. 4. Reg. 5. 13.

Pater mihi pater mihi curruis Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 22. Bis eum vocat Patrem, dein currum. Praelatus fit pietate pater, autiga gubernatione, currus ad vehenda onera subditorum. Diez conc. 3. D. 2. Pasch.

Introduxit me Rex in cellarium sua: exultabimus, & letabimur in te memores uberum tuorum. Cant. 1. 3. Quid Regi cum uberibus? si regem verum ostendere curat; quomodo possit ab uberum memoria abstinere? Verus rex est? ergo mater subditorum. Efcobar t. 6. Parab. Chr. l. 9. sect. 1. Obf. 1.

Omnes gemellis facilius. Cant. 4. 2. Ob fecunditatem. Et consulo non comparatur gregibus arietum, sed ovium: ut intelligant, non tam debere esse Patres, quam Matres subditorum. De Ponte hic Ekh. 4. §. 3.

Pater noster, qui es in caelis, adveniat regnum tuum. Mat. 6. 9. 10. Si Rex est, ejus regnum ad nos advenire postulas, cur non potius Regem, quam Patrem, vocas? Quia, si Rex verus; debet se Patrem hominum exhibere. Efcobar t. 6. Parab. Chr. l. 9. Sect. 1. Obf. 1.

Confiteri tibi Pater, Domine celi. Mat. 11. 25. Prius Patrem, quam Dominum vocat. Si prius Pater, qui Dominus esse desiderat. Castillo Illar. 16. Idem habet Sylveira in Mat. 11. Homo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam. Mat. 21. 33. Si vinea Domini regnum est, juxta illud v. 43. auferetur à vobis regnum Dei; aptius dixisset: erat rex, qui plantavit vineam. Sed o quam apte! homo erat Pater. Quia, si Rex est, nihil sic Regis optimè explicat proprietates; quam se Patrem gerere subditorum. Efcobar antè citatus.

De Pauli cervice cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis unda, quam sanguinis. Quæ quidem res in S. Paulo stupenda non est. Quod enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiae? sicut ipse ait ad Corinthios: lac vobis dedi potum, non escam. S. Ambrosius ferm. 68.

§. XV.

Superiores sunt ministri suorum.

At custos carceris tradidit eos Joseph, qui & ministrabat eis. Gen. 40. 4. Pagninus legit: proposuit principis lanionum Joseph illis. Quæ vestro Oleastro non placet, dum ait: non enim bene choerent, ut proposuerit cum illis; & quod ministraret eis; ut scilicet esset propositus, & minister. Sed, bona cum venia mei Lustrani Oleastri, dico: optimè convenire, & propositum simul esse, & ministrum; immò dicit bene esse; constitui in propositum, & in ministrum, servumque addicere. Spiritu S. vocatur Paulus, & eligitur, ut gentium omnium Doctor sit, & Pastor; & tamen sic ait 1. Cor. 9. 19. cum liber essem ex omnibus, omnium servum me feci. Idem de Episcopatu scribit Timotheo 2. 4. 5. ministrum tuum imple. Jure Summus Pontifex in diplomatis subscribit: servus servorum Dei. Alvarez Ill. 148.

Sicent Jesus, quia omnia capie lavare pedes. Joan. 13. 3. R. P. Spanner Poly. Tom. 11.

5. Sciens, se omnibus hominibus esse propositum, coepit subditis ministrare. Praefulum enim proprium est; servare subditis. Munus ergo praefulatus servile est: qui non servit subditis, haud scit se propositum esse. Efcobar t. 3. Colloq. Chr. sect. 2. Obf. 2.

Si ego Dominus, ac Magister vester. Ec. Joan. 13. 14. Nulli hæc nomina Christus assumpsit, quam dum servit minus obivit; dum Discipulorum pedes lavit: quo ostendit; Praelati nomen non mereri, qui subditis non inferunt. Pinna Ethol. 94.

Si Christus te misit, astimabis, te non ministrari, sed ministrare venisse; & ministrare, non solum substantiam, sed ipsam quoque animam. S. Bernardus ep. 237. ad Eugen.

Illi, qui sunt super alios constituti, tantum de illa praelatione gloriantur, quantum si essent in abiendis pedibus fratrum deputati. S. Franciscus Seraph. Exhort. ad omnes fratres.

§. XVI.

Superior sit tanquam unus ex subditis.

V Adam, & revertar ad fratres meos. Ex. 4. 18. Mira Moysi moderatio: qui cum Deo egerat, potius virgum Dei in manu sua, v. 20. adhuc fratres vocat. Velloso in Judith. 7. Parab. 39.

A quo animo esse fratres. Judith. 7. 23.

Simile saluum est regnum caelorum homini regi. Mat. 22. 11. Regnum caelorum, seu S. Ecclesiae communitas, reges homines; seu Praefules requirit humanos. Homini regi. qui se hominem, in cunctis subditorum fratrem, agnoscit. Efcobar t. 6. Parab. Chr. l. 1. Obf. 2.

Ite, nuntiate fratribus meis. Mat. 28. 10. O confusionem humane superbiae! Jesus effectus immortalis; accepta omni potestate in caelo, & in terra; servos suos (eos pificatores) quos olim humilis vocat amicos, modo appellat fratres. Et non elevati ad superiorem gradum; quos prius habebamus fratres, dedignamur habere amicos. Cajetanus hic.

Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22. 32. Vide, quod non subditos, sed fratres, vult haberi aliquos à Petro. Cajetanus hic.

Ecce Agnus. Joan. 1. 29. Cur hic Agnus & If. 40. 11. Pastor? Christus D. ita est Dux, ac princeps noster; ut ipsa suprema dignitate non extollatur. Sed ita se gerit, ut Agnus, ac ut quisvis ex minimis subditis suis. Sylveira hic q. 4.

§. XVII.

Superior non sit imperiosus; roget suadeat.

Ex Veteri.

Faciamus hominem. Gen. 1. 26. Deus in creatione hominis non usus est imperandi verbo fiat, quod ad alia creanda usus; sed verbo suavi faciamus: quia in rationali propria, & rigorosa invenitur obedientia. Ut ergo Deus hominem ad suum obsequium liberum alliceret, non imperali verbo fiat, sed suavi faciamus, produxit, Docens, cum ingenius, & ratione praeditus, non vi, aut imperali voce agendum; sed blando, & suavi alloquio. Castillo hic Illar. 16.

Ingrederet tu te enim vidi sustulit coram me. Gen. 7. 1. Noe libenter se in Arca includi passus est, quasi in angustio carcere, inter bestias, & pecudes: quia Deus eum leniter, & honorifice allocutus est. Castillo Illar. 16.

Si inveni gratiam in conspectu tuo. Ec. Gen. 27. 29. Jacob obedientem Joseph rogat, ut se in terra promissa sepeliat. Praelatus prudens, cum subditos obediens reperit, ad imperiis abstinere; solis precibus impellit. Mend. in 1. Reg. 3. 15.

Si placet vobis, & à Domino Deo vestro egeat sermo, quem loquor; mittamus ad fratres vestros. 3. Paral. 13. 2. ait David ad omnem populum Israel. Carthusianus: ecce quam humiliter loquitur subditis: non pertinaciter jubet, nec per se Absolutè determinat; sed sub conditione loquens, inferiorum judicio verba sui committit Propositi.

Misit Moysen servum suum. Pl. 104. 26. Ideo ad Pharaonem, quasi quosdam telles, constat à Domino destinatos, ut populum sibi placitum abire permitteret illæsum. Omnia similis pietas omnipotens! ab homine fragilli petebat fieri, cuius ordinationi à nulla creatura poterat obviare: ut revera nos infirmos doceat, qua moderatione vivere debeamus quando voluntates suas Creator Sanctus sub tanta clementia peregrisse legitur. Cassiodorus hic.

Cum magna reverentia disponis nos. Sap. 12. 18. Cui debetur reverentia nisi superiori? sic tamen Deus se gerit erga homines, quasi metuat eos offendere. Marchantius D. 4. Pen.

Et audivi vocem Domini dicentis, quem mittam? If. 6. 8. Nota humilitatem Dei, Principibus, Praelatis, & cuivis superiori bene regere volenti necessariam. Poterat Deus imperare Ifaig: ecce jam te consecravit prophetam; adsum, & adero, ibi: quare mitto te ad Judæos, vade. Sed noluit eum ad rem tamaruam, suo precepto cogere. Unde eum invitat; propo-